

Reductorii Moralis Petri Berchorii Pictaviensis ordinis divi benedicti Libri Quattuordecim,
Venetiis, apud Haeredem Hieronymi Scoti, 1575, Liber XIV, cap. 25 (*De Hispania*), [3],
p. 626.

4. Anima eius in amaritudine est. ¶ Item idem dicit q̄ in Cathā 3
louia est mons canatū altissimus, & quasi inaccessibilis, in cu+
ius summitate est lacus, cuius aqua est subnigra, & fundus im+
perforabilis, vbi mansio demonum ab incolis fertur esse sub
aqua ad modum palatij edificata. Vnde fit q̄ si modicum lapi-
dem in lacum ieceris, statim quasi offensis demonibus, tempe-
statem & tumultū audies & videbis. In huius ergo mōris con+
finijs est fluuius arenas trahens aureas. argenti etiam sunt ibi
minerç, & in quadam eius particula est nix & glacies sempiter-
na, ibi etiam crystalli copia reperitur. Ibi (vt Gerua. ait) dudu+
accidit vnū mirabile. Quidā. n. agricola de villa proxima quæ
dicitur Merchera Petrus de tabula nūcupatus, paruulam ha+
bebat filiam quæ ipsum perpetuo ciulatu turbabat, q̄ iratus ip+
sam demonibus cōmendauit, qui statim inuisibiliter affuerūt,
& puellam raptā in turbine abstulerunt. Septēnio ergo decur+
so, quidam viator ad pedem montis transiens vidi hominē ce-
leriter decurrentem, & voce flebili proclamantem. He me int
quit qui tanto pondere p̄m̄or. Et requisitus quis esset, respō-
dit se in monte canatum iā septennium sub demonū cōmen-
datione transegisse, qui ipso quotidie pro vehiculo vtebantur.
Dixit etiam sub eadē conditione esse puellam Petri p̄dicti,
& adiūxit q̄ si pater ipsam in mōre requireret, demones ipsam
libenter restituerent. Quibus p̄dicto patri per dictum viato-
rem relatīs, is statim montem ascendit, demones adiurat ut fi-
liam reddant, & statim repente flatu filia prodit, procera sta-
tura, arida terra, oculis vagis, horrendo aspectu, quæ tandem
paulatim extitit reformata. Non multū vero post aliis quo pro
vehiculo demones vtebantur, simili patris attestatione libera-
nis est: qui quia rapta fuerat & tatis & discretionis maioris, fi-
delius quæ apud demones gerebantur, expressit, afferens sub
lacu esse palatium latum, vbi demones conuebiebant, & quid
per mundum fecerant, suis maioribus nunciabant. Quia autē
maledictio parentum noceat filiis, vnum aliud pono mirabile,
quod nuper in Aruernia dī accidisse. quidam. n. dum se induc-

[3] Item idem [= Gervasius] dicit quod in Cathalonia est mons Canatum altissimus, et quasi inaccessibilis, in cuius summitate est lacus, cuius aqua est subnigra, et fundus imperscrutabilis, ubi mansio demonum ab incolis fertur esse sub aqua ad modum palatii aedificata. Unde fit quod si modicum lapidem in lacum ieceris, statim quasi offensis demonibus, tempestatem et tumultum audies et videbis. In huius ergo montis confiniis est fluvius arenas trahens aureas. Argenti etiam sunt ibi mineræ, et in quadam eius particula est nix et glacies sempiterna ; ibi etiam crystalli copia reperitur. Ibi (ut Gerva[sius] ait) dudum accidit unum mirabile. Quidam enim agricola de villa proxima quae dicitur Merchera Petrus de Tabula nuncupatus, parvulam habebat filiam quae ipsum perpetuo eiulatu turbabat ; qui iratus ipsam demonibus commendavit, qui statim invisibiliter affuerunt, et puellam raptam in turbine abstulerunt. Septennio ergo decurso, quidam viator ad pedem montis transiens vidit hominem celeriter decurrentem, et voce flebili proclamantem. « He me, inquit, qui tanto pondere præmor ». Et requisitus quis esset, respondit se in monte Canatum iam septennium sub demonum commendatione transegisse, qui ipso quotidie pro vehiculo utebantur. Dixit etiam sub eadem conditione esse puellam Petri praedicti, et adiunxit quod si pater ipsam in monte requireret, demones ipsam libenter restituerent. Quibus praedicto patri per dictum viatorem relatis, is statim montem ascendit, demones adiurat ut filiam reddant, et statim repentina flatu filia prodit, procera statura, arida, terra¹, oculis vagis, horrendo aspectu, quae tandem paulatim extitit reformata. Non multum vero post alias quo pro vehiculo demones utebantur, simili patris attestatione liberatus est : qui quia raptus fuerat ætatis et discretionis maioris, fidelius quae apud demones gerebantur, expressit, asserens sub lacu esse palatum latum, ubi demones conveniebant, et quid per mundum fecerant, suis maioribus nunciabant. Quia autem maledictio parentum noceat filiis, unum aliud pono mirabile, quod nuper in Arvernia dicitur accidisse...

Reductorium Morale, XIV, 25.

¹ On lit bien « *terra* » dans l'édition vénitienne de 1575, là où il eût fallu écrire « *tetra* » (*taetra*). Pujades reproduit la même erreur en traduisant « couleur de terre ». Le mot latin *terra* n'a pas le sens d'un adjectif.